

far. Post inauris ornatus deservit, ut pulchritudo sine imperfectione intulit, venustate nata ex vulnerante inceptatione susce-pta. Iam formosa, quae erat nigra turpitudine coloris per ingenium meditata artificis, ferens patienter dolorem, propter inferam ex inaurate venustatem: siquidem considerata ex vulnere perfectione, quae vulnerata gratulatur de vulnere.

14. Demum. Insignis manus artificis in laboratione imaginis distincta punctio- bus, clavis, vulneribus; ut Praefidis prudentis ducti zelo consideretur introitus. Sponsus inauris Sponsa format, & auriculam vulnerat. Etiam mos in servitate, sed sine inaurate. Si dixerit servus, Non egrediar liber; offeret cum dominus diis iudicibus, scilicet & applicabitur ad ostium & poster, perforabitque aurem eius subula, & erit servus in saeculum. Patet discrimen Praefidis, zelo animatum in increpatione impulsis, ac simul Praefidis, in correptione agitati furoris. Uterque perforat aurem; sed ex inaurate & subula profertur intentionem, pro servitate contracta, vel pro libertate adeptae: quidem ille vulnerat aurem, ut ornet: hic autem uti furiosus vulnerat tantum ut vulneret. Hic non venit, nisi ut subula mactet sensum & perdat: ille venit, ut inauris vulnerare anima vitam habeat: & abundantius habeat: quia aurem perforat, ut audiat, & obediat, ut vera verè videat, & oculos usque in caelum attollat. Fastidium videtur increpatione, caterum fastidium sine fastidio. Quos ab iniquitatibus nec flagella compe- scunt, tanto acriori invectione friendi sunt, quanto maiore insensibilitate duraverunt. Plerumque enim sine indignatione indignandi sunt, sine desperatione desperandi (inquit Gregor. Magn. 3. Pastoral. admonition. 14.) ira duntaxat, ut & ostensa desperatio formidinem incutiat, & subulnata admonitio ad spem reducat. Innuat Aristophanes in Aves, Act. 5. v. 60.

Dij pro Indices. Eud. 2. 1. 6.

Quomodo in illa pe- floris vide- tar zelus, vel virum

Greg. Mag

Azkroph.

Amoris si in- na finale- tar ira.

Naturâ inimici, mente amici. Monte per charitatem, naturâ per crimen: etenim dedignantur minimè, ni sanatio quateretur dedignatione. Favent proposito affines Tautologiae principali. Pende. Spre- vissent contententer. Ezech. 20. 27. Sub- sanationem & derisum. Psalm. 43. 14. Opprobria exprobrantium. Rom. 15. 3. Sunt opprobria, sed non contententium, impropria, verum non improprantium: sunt fanna, sed nequaquam deridentium: sunt exprobrationis radia, caterum haud exprobrantium: quandoquidem cum Superior per

charitatem amicus fit corde (tametsi crimine indignetur facie) irascitur, sed gauderet, nil inveniens, quod subditis exprobraret.

15. Invenit Cordabensis. Ipsum quoque impetum (infit, ubi n. 11.) quem non aude- det lenire, fallit. Removebit omnia ulionis instrumenta, simulavit iram, ut tanquam adiutor & doloris comes plus auctoritatis in consilijs habeat. Prudentia elucet corre- ctionis ac dignitatis auctoritas, ubi nec aude- det hiscere commota iniquitas. Phrasia Scri- ptura est, ut egimus ex professo Tautolog. antec. n. 31. Dissipatione dissipabitur ter- ra, commotione commovebitur, agitatione agitabitur. Per terram intelligi homines pre- missimus supra. Ad quamnam igitur com- motionem fit allusio, ut ex illa hominum denotetur commotio? Arbitror commotio- nem in correptione Praefidis, esse causam subditorum commotionis. Crimina sane plectenda, sed sine ira. Omne paena genus re- medij loco apponitur: nemo irascitur, cui meditari: subditisque de crimine non susci- pit penitentiam, quippe non respicit causam, sed Praefidis commotionem. Terra tre- mit & quiescit, cum exurgeret in iudi- cium Deus. De Christi iudicio intelligunt Tertullianus Hieronymus & Genebrardus hic. Si terra quiescit, terra commota est. Car non dicitur commota? Quia à Domino suat in correptionem iudicia, quin queri possit, dum severè corripitur; quia in crimen mo- vetur vindex, sed nequaquam commove- tur. Commotio iudicis gravitatem excusat criminis, quasi in correptione causa pende- ret ab eius ira, quae ducitur obliquo aver- so affectu in penam, & non in culpam. To- tum genus humanum iudicandum est, & iudicandorum non auditur commotio, neque commotionis vox, etiam ubi stridim indi- catur; quia Deus in medio eius non com- movebitur. Terra tremuit & quiescit, cum Deus in iudicium furgetur. Agnoscit profecto crimen, qui tremat ad correctionem: im- mobilis index est, & pravum sine effugio, sine executione cor; quod commotionem fingit iudicis, quasi entitatem plectendam fingeret iniquitatis, ut satisfaret peccatoris truculentia, sine criminis substantia: & ubi reus commotione iudicis de increpatione ridet, modò sine commotione pavet & tre- mit; quippe infligitur peccatoribus suppli- cium, iuxta quod praesentat speculum fla- gitiorum. Corrigenodus (praenitit Senec. d. lib. 1. cap. 14.) qui peccat: non sine casti- gatione, sed sine ira. Obtinetur, si qui dam- nandus, damnatur; & in correptionem cor- ripitur qui corripitur. Castigans castigavit

Senec.

Id. 14. 19.

Crimina pe- nis laenda, sed sine vin- dicit ira.

Psal. 75. 94

Non commo- vitur de cor- reptione pec- cator, quon- do sine com- motione plex- ditur error.

Senec.

Id. 117. 18.

mi Dominus, & morti non tradidit me. Qui impudenter commoveatur, abdicat quod crimi- nem moriatur, vel non moriatur: qui mo- vetur sine commotione in supplicium, per illud peccatorem sollicitat salvum: minime- que moritur, qui à Domino castigatur; quippe non in cruciamen, sed duntaxat intendit in criminis correctionem. Ad Tom. 4. T. 12. à n. 32. Rixae sunt amantium, ut reinte- gretur artius quae recessit flamma cor- dium.

Passillo amantium durat ira tempore.

Menand. III.

DIDASCALIA III.

Quae mundo spectabilia, spectan- ti virulenta.

Quam deridiculus mundus, dicit Bernardus. Fallax est; nec simpliciter fallere consuevit: ut enim multipliciter illudat hominibus (in- fit serm. 1. de Divers. n. 1.) mutat faciem, mutat vocem: modò ait, modò negat, nec erubescit. Diversis diversa loquitur, imò & eidem diverso tempore contraria suggerit & adversa. Namquam in eodem statu permanet, quippe non habet statum, sed in fallaciam embolium, mutatione coloris, ut decipiat insipientes, quos varia decedat facies: igitur in illicium facies iam hominis, iam bovis, iam leonis, & aquilae à dextris & à sinistris. Canit Ethnicus de Proteo, 8. Met. fab. 10. Sunt quibus in plures ius est transire figu- ras. Nam modò te iuvenem, modò te videre leo- nem, Nunc violentus aper, nunc quem tetigisse ti- merent, Anguis eras, modò te faciebant cornua tau- rum: Saepè lapis poterat, arbor quoque saepè videri: Interdum faciem liquarum imitatus aqaurum, Flamen eras, interdum undis contrarius ignis.

Sub huiusmodi specierum varietate velami- na veritatis ostendi; astruit Rhodigin. lib. 20. cap. 31. Dum ratione (inquit) ducitur ingenium ad veritatis indaginem, varia coördinantur rerum formae, quae veritatis spe- ciem ostentantes, animis nostris fallaciarum nebula obiectant. Multa enim putamus vera ac bona, quae non sunt: Itaque Protei con- formatio imaginum falsarum rationem conti-

Ovid.

Figura in Pisco.

Cael. Rhod.

net, quibus deludimur. Unde quia later, non cogitatur fallacitas veritas, & rationem in- fatuae deludens fallitas: quae animum fortis in dilectionem trahit, quia figuris ac figuris delectando deludit. Alia apodoti ex- primitur quomodo transit huius mundi fi- gura; dum pro entitate allecetrice luminum, illis obijcitur apparentia. Figura Proci (quae tantum figura, ut gloria mundi) significari lucis impressiones in aere, ait Natal Comes, loc. Ovid. cit. & 8. Mytholog. cap. 8. Non est discrimen inter utriusque apparentem, fictam illuminationem: quandoquidem in deore pictus splendore mundus, nil aliud nisi ventus, vel aer ad dolum illuminatus. — Credam quid enim fallacibus Austris, Et caeli toties deceptus fraude sereni?

2. A mendace quid verum? dicit Sira- cides. Quisnam mendax? Mundus fallax, cuius gloria duntaxat in figura sine gloria; quippe gloria in apparentia, qua fovetur vanitas, & fugit veritas: hominesque cogno- scentes mendacem, arbitrantur cupiditatem mulcimen; quoniam vanitatem diligunt, que- rentes mendaciam, tantum ratione colo- rum. Ex ælimatione animi, pender felici- tatis mundi. Mendax cognoscitur, si uti mendax despiciatur: sed ita fascinat ama- tores in cupidinem; ut non cognoscant vel in mendacio mendacem. Veritas vol- luptatis per vifa quaeritur, sed quia mendax, nequaquam invenitur; stupi- da ratione, vero ex deliciarum apprehen- sione, cruciamine: unde cum secuta ex colo- ribus mundi cogitatur voluptas, mirantur, quia non despiciatur à corde, quomodo men- dax. Quoniam multus circa divitiarum ra- diantium splendor impediatur (inquit Senec. Epist. 115.) & intuentem hinc honorum, il- linc magnarum potestatum falsa lux verberet; tunc intelligere nobis licebit, quam con- temnenda miremur, simillimi pueris, qui- bus omne ludicrum in pretio est. Quid ergo inter nos & illos interest, nisi quòd nos cir- ca statuas insanimus, carius inepti? Illos reperti in histore calculi leves, & aliquid habentes varietatis, delectant, nos ingenium macule. Macula sanè rationis amor in rerum species, quum colorum levitas ani- mum allicit, ac sine amore etiam calor evanes- cit: igitur ludicrum, fallax, mendax cordis deceptui; quod pridem hiantis fer- viebat admirationi. Ut avvertatur humili- lis factus confusus, gloriam mundi descri- bit graphicè Paulus. Praeterit enim (sub- figura vitas mundi). Quomodo eius sub- stantia & entitativa forma dicatur tantum figura; diximus alibi: modò hęc figura ani-

1. Cor. ubi infi.

Cur dicitur figura?

Virgil. 54. Aenid. 74. 850. Eccli. 34. 24

Unde homi- nitibus illud dicit.

Seneca 1

1. Cat. 7. 31.

Infula ap- parente, ac evanescen- te.

num movet, ut sciamus, existens, quomodo praterit? De aliquibus insulis legitur in India Orient. p. 4. observatque in Ente dilucidat. Puenete-la penna, sect. 2. n. 50. a longe videri oculis navigantium, ut quid fertile & opulentum; sed dum appropiant spectare & expectare telluri, apparet ab oculis evanescere. Quod pro re magna narratur, serio ridetur: igitur videtur terra, quae vere nubes, & propius evanescit sicut colores iridis. Si ullus esset in arcu color (inquit Senec. 1. qq. natur. cap. 5.) permaneret, & videretur ei manifestissimum, quod propius: nunc ergo imago ex longinquo clara est; interit, cum in vicino est. Vid. hic Tautolog. 7. D. 3. n. 3. & Tom. 3. T. 6. D. 4. n. 8. ac T. 7. D. 3. n. 3. Falantur sensus, ad quod illorum non extenditur virtus: patentque cogitantium phantasia, quia oculi nubem cequunt terram de longe. Haud secus mundi gloria, oculis tantum figura: igitur cum sit excrementum, seu myopum species; in vicino non apparet, quippe evanescit ab oculis.

Senec.

In iride non est color.

3 In Didascaliz itaque scopum, & documentum animi fascinati. Praterit enim figura huius mundi. Unde praterit, si eius figura, ut ab initio perficitur; Mundus adhuc constat; quomodo labat? Improperia videtur vox, quia terra in aeternum stat. An perficitur & evanescit? Uti que. Gloria mundi (inquit Gregor. Nazianz. Orat. 16.) sunt figurae efformatae in arena. Vivide prorsum, ut constat quae substantia figurarum, & quomodo evanescat, quae uti gloria fatuus fascinat. Fatuus est, qui figuram vocat substantiam: & formatur in arena, ut in substantia videat prudens nec figuram: igitur figurae in arena non videntur, ubi a despectu calcantur. Mundi forma perficitur & evanescit. Apparet & non apparet. Apparet a longe aspicienti, non apparet, modo prope. Apparet cupiditatis desiderio, evanescit odio: etenim figura in arena non videtur, si calcatur.

Greg. Naz. Mundus non videtur, si calcatur.

Ex alijs alias reparat natura figuras, Nec species sua cuique manet, Sed variat, scientemque mutat.

Ovid. 15. Met. fab. 4.

Senec.

Suffragatur Seneca, Epist. 91. Casura omnia exstant. Omnibus exitus manet. Omnium istarum civitatum, quas magnificas, ac nobiles audis, vestigia quoque tempus eradet. Sine tempore etiam fit in ista oculi. Si vestigia signa sunt, atque figurae in arena; vestigijs despectus abolentur vestigia. Delicatus ille est adhuc (inquit Hugo Victorin. lib. 3. Didasc. erudit. cap. 20.) cui patria dulcis est: fortis autem, cui omne solum patria est: perfectus vero, cui totus mundus exitum est. Lucifex ergo qui exitum non calcet, ut patriam quærat,

Hug. Viã.

4 Hec est superbia? Planè, sed gloriosa. Iustificatur superbia, quae hinc mundo superbit (ait Paulin. Epist. 21.) & contemnit seculum, omnibusque magnis eius, dulcibus & speciosis abutitur; intenta celsibus rebus, & preceptis subiecta divinis. Modò nostra delicatur Tautologia. In contemptu superbia Deum Israel contempnit; dicitur de Holoferne. Insolentiam arrogantis phrafs significat, dum despexit inflatus, quem venerari debebat. Hec est superbia superba, id est, arrogancia superbißimas; quippe est superbia gloriosa, quum propter Deum contemnit humanum pectus, quicquid ostendit pretiosissimum mundus. Domine (dicit David) non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me. In consequentibus occurrit antilogia, quippe contraria verba. Si non humiliter sentiebam. Si pro Non, ut saepe alibi (vid. Tom. Si pro Non 2. T. 11. a n. 24.) quare inquit: Sed exaltavi animam meam. Si animam elevat, quippini in mirabilibus ambulat? Unde cor non exaltatur, si anima in magnis extollitur? Si humiliter non sentit, seipsum extollit: utique, sed in magnis ambulat, ut elatus de magnis humiliter sentiat: equidem sublimis arbitrat inania, quae mundus plaudent universi mirabilia. Iustificatur superbia quae hinc mundo superbit, & nihili magna ducit; igitur indignum arbitrat in corde humano uti pretiosum sedere; quod uti fallax & futile congruit superbe calcari. Patet ex contextu. Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me. Non ambulavit mirabilis in magnis, sed super magnas non in mirabilibus, sed super mirabilia. Hinc mirabilis animae exaltatione, ex mundi gloriosi facio cogitata humilitate: igitur quae mundus exhibet uti magna mirabilia, ambulando super illa, cunctis ostendit calcanda. Si superbia elevatio est, & anima elevatur, si mundus ab illa premitur, patet gloriose superbia, quippe humilis in excelsis ambulavit super magna. Magni animi est magna despiciere: ait Cordubens. Epist. 39. Sed unde animi magnitudo? Ex magnitudinis alienabilis contemptu, unde gloriosa vanitas ex calcata vanitate, ut gloria mundi proculceat ab homine: dicitur qui in mundi gloria ac dignitate regia, animam exaltari, mundum despiciere; quippe qui in magnis plodendo non exaltatur, exaltando magna opprimitur.

Paulin.

Iudith. 13. 28.

Psal. 130. 4.

Unde gloriosa superbia?

Senec.

5 Quaestionem singularem excitat Chryostomus Orat. 19. in Epist. ad Ephes. in Moral. Unde (inquit) videntes tantam a

Chryost.

Cur ex alto respicientes tellurem patiuntur vertiginem?

Serra ad caelum altitudinem; minimè afficimur, nec movemur; quando alta turri consensu voluerimus deorsum aspiciere, si parim nos inclinaverimus, gravis nos invadit vertigo? & tenebra? Dic mihi huius rei causam. Terrei sunt vapores, ex quibus vacuatio mentis, altercantibus tenorem sensuum, atque sensationum motum, quin caput possit exercere regimen; quoniam ex solo respectu tenebrescit in vertiginem. Sæper infatuatio ex mundi respectu. Quamnam ergo efficaciam, estò pietæ, habebunt felicitates, quando fasciant vapores? Quia videtur oculi, oboriuntur in vertiginem tenebræ; ut caveant ex assultu vaporis levis, pericula inclinationis quippe qui in inferiora dirigit incantè amorem; tenebris sponte incurrit in cæcitatem. Caveant Deo devoti, qui in altis habitant; ne versus terram respiciant: igitur persistentes in iuvitu, qui vertiginem patiuntur; frequenter præcipitantur. Faciem tuam velabis, & non videbis terram; quia portentum dedit te domui Israel: dicit Dominus Ezechiel. Quid quod videat, vel non videat terram, ut fit hominum portentum? Negotium magnum, ne cadat, qui in turrim perfectionis assumperat. Relinquet terram ob caeli gloriam, ne fascinaretur.

Ezech. 12. 6

Ovid. 1. Fast. v. 303.

Mundus fascinatus.

Perfusus a gloriâ suo. Sufficit in damnum, levis è cacumine inclinatio. Qui in terra ambulat; haud lædit, quod terram calcant vel calcandam respiciant. In turri perfectionis, quia vertigo statim, nocet exprimere versus ima propensionem: velareque faciem; Dominus Prophetam iubet, ita ut nihil ex terra videre possit; quippe perfectis cæcitas, modò inclinatione tueantur, quod semel in despectum calcaverunt. Facies velanda, & terra non videnda, quia Propheta datus in portentum: id est, in signum. Perfectionis vel cæcitas? Utriusque: perfectionis, modò dedignetur respicere, quod sine damno minime potest videre. Cæcitas, quia laboravit vertigine, levissimâ inclinatione. In portentum, quia mirabile, ne lædatur à mundi fascinatione, & clarè visione Deitatis purissimè pectus; versus mundum fallacem claudere oculos. In portentum, faciem velabis, atque terram non videbis: igitur nunquam nutat vertigine animus; modò versus mundum cæcus: elevatum ad turrim virtutis magis attollit, si quod videt sub pedibus, minime videt: operatur enim propter perfectionis speculum, quod in cæco necessarium: sicque dicitur portentum; quoniam Deum clausis oculis videt, qui mundo nequaquam aperit. Tom. VI.

6 Sponsa somno non dormit, quæ dormiebat vigil. Ad rem Ethnicis, 5. Astron. à v. 170. Ut teneat tantos orbis, sibi que recludat, Et veluti cæcos iubeat volitare per ipsam, Manil.

Incipit somnis. Vidit Amalys, sodalibusque dicit: Ne suscitatis, neque evigilare faciatis dilectam. Ergo dormit: & dilecta? & diligens? & amore eximio languens? Uti que. Ostendit Sponsus, quàm suæ hic amoris somnus placeat. Amoris enim languor est dulcis amoris somnus. Subdit Alapid. Cur ergo tantus amor pingitur somno, à quo excitari sit amoris imperfectio? Non conseritur somno propter quietem, sed propter oculorum conformationem. A cunctis mundi perturbationibus quiescere appetit (inquit Gregor. hic) & terrenis cupiditatibus sopitis dormire concupiscit: unde cum in illa sollicitet Sponsus persistentem amorem, inhihet excitare dormientem; ne amor languat, cum langueret amore: equidem varijs perturbationibus fascinabit ita lux mundus, si quæ clauserat mundo, vigil aperuerit oculos. Perpende contextum. Dormit, & dicit: Vox dilecti mei. Vox hæccine sane Sponti, terrenis rebus dormire: etenim in terrena non erit vel levis motus sopitis cupiditatibus. Hæc dormitio cæcitas dicitur, quia Numen tantum videtur, & corpus sensu privatur, noctoque huiusmodi somno, comprimitur excitatio; ut in dormitione amoris, eius effulgeat perfectio: quandoquidem summè diligit Sponsa; ubi sensus sine sensu ad sensibilia. Vox dilecti. Audit & dormit? Est effectus perfectionis virtutis, quo patet, Sponsa quam separata à terrenis; igitur quæ claudit oculos mundo, vocem exaudiet è celo. Vox dilecti: obedientia exprimit promptitudinem, quæ vel dormiens audit vocantis vocem. Vox dilecti. Ni oculos clauderet, non audiret. Vox dilecti: quoniam vox? Dilectus meus loquitur mihi: Surge. Dormientem in voce notat, verum dilectæ perfectionem signat: igitur tunc Sponsa in altiora volans surgit; quum oculos mundo claudit.

Manil.

Can. 2. 71

Alap.

Greg. Mag.

V. 8. Christi sponsa sine sensu ad sensibilia.

V. 10. Cælum videt, si in terrena cæcutit.

7 Accedamus proposito. Sponsa voces celestes audit, vel cum dormit, aut faciem velat, ne terram videat. Hinc timens Sponsus perfectionis ruinam; socias alloquitur: Ne suscitatis dilectam. Ne exaltatione elevaveritis: exponit Alapid. d. Vel ne elevatis, vel dormire sinatis. Quod quod in elevatione dormiat, vel non dormiat, oculos claudat in terrena, vel aperiat? Periculum aperit. Hhhh omni-

Alap.

omnigenæ virtutis, ac præcipitium singularis sanctitatis. Qui in elevatione terram videt, vaporibus evanescit. Amittit sensum ex invisibili virulentia exhalationum. Laborat vertigine levissimâ inclinatione: sulcitarique à fomno prohibet, quam elevatam amore caelestis videt, in mundum oculis clausis, & caelestibus apertis; quia modò aspexit, è fastigio præcipitem sese mittet: etenim perturbato ex vitus sensu, cerebro vacuo, dum instant virulentæ inclinationes; in lapsum expergificantur sopitæ cupiditates. Monet de periculo Profanus, in *Herculi*. fuerunt. à v. 599.

Aspectus in mundum, præcipitium animatum.

Seneca

— *Quisquis ex alto aspiciet*
Terrena, facie pollui metuens novâ,
Aciem reflectat, oraque in cælum erigat,
Portenta fugiens.
Qui in elevatione virtutis terrena videt; ne corruat, luminum aciem reflectet, vel in cælum dirigit luminum aciem, fugiens ex alto discrimen. Periculi effugium facile: versus terram nec respiciet: etenim semper in sensibus errant, qui vertigine laborant.

Isai. 19. 13.

8 Inter orbis regiones Ægyptij dictâ sapientes: at per errores varios Evangelicus Vates designat uti stultissimos. *Stulti* (inquit) *facti sunt Principes Tanæds.* Non erant stulti, quasi viderent, scrutantur gloriam? *Oculos suos statuerunt declinare in terram.* Quid ex inclinatione, nisi declinatio? Quid ex declinatione nisi vertigo? Quia oculos elevarunt à terrenis, culmen obtinuerunt perfectionis: at cum è culmine infimâ terrâ visa, nutent cerebra, amissâ discretionis facultate ex virulento inferiori vapore; errantes oculis ambiunt avidè quod proiceerunt, ex quo fascinatos oculos versus terrâ declinant. Turbatum cerebrum impulit in præcipitium: equidem minime foverent errorem, nisi ex respectu paterentur vertiginem. *Scripta sunt ad correptionem nostram* (ait Paulus) *in quos fines seculorum devenerunt.* Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. Qui stat supra, inferiora ne respiciat aciem flectat, monstra fugiat: equidem cum oculi & hauriant, & exhauriant ex inferioribus toxicum, cadet ex alto preceps qui infatuatus & ebrius amittit sensum.

V. 14.

9 Declarat Psalmista, unde huiusmodi insipientia. Ex mundi larva profert: *Projicientes me, nunc circumdederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.* Qui proiceerunt, circumdant; ne fugati splendores evadant? Si circumdederunt, proculdubio erant extra: si proiecitur calcantur, erant supra. Quomodo ergo qui extra mundum, & supra mundum, iterum undiquè ambiunt proiecitur? Quomodo stulti facti (qui stulticia perfecti studioso cæli obsequio) ambalantes in circuitu? Quæ gaudentes uti teretrica amandarunt, postea in ore suo complacebunt?

Iuvenal.

10 In Nabucho exponitur species præcipitij, simulque remedij; ut qui stat videat, ne cadat, & si cecidit, ut fargat. *In aula Babylonis desambulabat.* E superiore loco ab illo inferius adspecta est urbs, & illud amissio sensu, *ex hominibus abiectus est.* Observat Doctiss. Sanctius hic n. 52. *Super palatium, super tectum domus regie: inde spectare poterat civitatem adificij illi stem:*

Malè regitur, ubi error plauditur.

11 Sed, si aberrasti, ac cecidisti, revertere. Ita dicitur Sponxa: *Revertere, revertere Sulamitis: revertere, revertere, ut intueamur te: tanquam portentum & spectaculum:* exponit Scholiastes. Quater vox in conversionem regeritur, quia difficile frangi revertitur, qui ex altis labitur. *Impossibile* (inquit Paulus) *eos qui semel illuminati sunt, &c. & prolapsi sunt, rursum reocari ad penitentiam.* Procedunt nonnquam in deterius, quia ubi ascensus, ibi lapsus. *In Insic.* ait Ctesias, n. ult. *Unus,*

Malus Monachus, sub

12 Verum unde præceps erecta, atque in pristinam elevationem revocata? Dicit Nabuchus è mente. *Oculos meos (ait) ad cælum levavi, & sensus meus redditus est mihi: sensus meus reversus est ad me, & ad honorem regni mei, decoremque perveni.* Haud perfectionis de elevatione desperet, quem lapsus piget. Contraria apposuit medicamenta peccatis. Vertigo, quæ oritur ex respectu in inferiora, stans in eminentia; continuo tollitur, si acies oculorum ad caelestia levatur, ut vidimus ex Chrysolomo & Seneca. Ita elevatur cum oculis anima, & præcipitio apponitur medicina: igitur si ruit, quoniam respexit deorsum; erigitur promptè, modò respexerit fursum. Dissipat cælum telluris vapores; ne caput ladat malis

posint respectus maculare virtutem; sine vertiginis periculo, ex mundi curvo respectu: at cum ex curvitate medulla evanescat cerebri; ex inclinatione, spiritus hand clarer perfectionis, sed spiritus vertiginis, quo prolabantur in præcipitium immane, de quo non possunt exire: igitur stulti facti, ac incognito ex inclinatione errore; arbitrantur rectitudinis formas, quæ in terrena virulenta erat animorum curvitas.

Species virtutis in mundum curvata.

Psal. 16. 12.

Lucan. ad Pison. v. 4.

Cui necesse labi.

I. Cor. 10. 12.

Daniel. 4. 26.

V. 30.

Sanct.

Nocent resumptæ mundi cogitationes decepta.

stem: ex cuius contemplatione id consecutus est, ut instaretur spiritus, & antiquas cogitationes repeteret. Luculenter quidem in Monachorum cautionem: etenim si antique cogitationes derelictæ, quoniam vanæ de despicientibus seculum; recidunt ipsi de vanitate in idiplum: equidem superius stantes, & derelicta aspicientes, veneno patent inflati, terrestrium contemplatione. Ciarisius. Qui fursum status elevatione manet, siæ inclinatione deorsum respicere nequit: ex aspectu hauritur virus per avidos oculos, quo tabescit animus; & quia noxius, inhibetur aspectus, ne cadat è throno elato virtutis, qui propter virtutem seculares reliquit cogitationes: igitur si cogitatio sine aspectu virulenta; & novior inclinatio cordis cum respectu in secularia. Noxia sanè sunt, & pessundata, quia noxia. Hæ cogitationes antiquæ, sibi consulentium ad elevationem animæ, quas desperaverunt aspiciere dedignant; ut possint ascendere ad fastigia perfectionis: at cum ex aspectu è superiore eminentia, inflata titubent capita; decidunt à cogitationibus suis, quia spiritu vanitatis redeunt in præceps antique cogitationes. Lædit iudicium aspectus, & sicut novissima priora prioribus: siquidem aspicientes deorsum, cum vertiginem patientur; in malessa quæ fugeunt, infelicibus prolabantur. Cadunt è sede maiestatis, & eiciuntur ex hominibus uti non homines, iudicij rationalis inepti ab ingenti tubificaque vertigine: igitur si in amorem vertitur conceptum de secularibus odium; cerebrum patitur à vertigine deliquium. *Persevera* (ò Monache! dicam cum Stoico, *Epist. 4.*) *ut capisti, & quantum potest propere, quò diutius frui emendato animo & composito possis: fruoris quidem etiam cum emendas, etiam dum componis.* Alia tamen illa voluptas, quæ percipitur ex contemplatione mentis, ab omni labe pura & splendida. Elucet enim vitam esse impuram, & non virtutem splendidam; fingere voluptatem, ex quibus tædiosus amor iurè concepit horrorem.

Seneca

Cant. 6. 11. Difficile revertis, qui semel aver-

Hebr. 6. 4.

11 Sed, si aberrasti, ac cecidisti, revertere. Ita dicitur Sponxa: *Revertere, revertere Sulamitis: revertere, revertere, ut intueamur te: tanquam portentum & spectaculum:* exponit Scholiastes. Quater vox in conversionem regeritur, quia difficile frangi revertitur, qui ex altis labitur. *Impossibile* (inquit Paulus) *eos qui semel illuminati sunt, &c. & prolapsi sunt, rursum reocari ad penitentiam.* Procedunt nonnquam in deterius, quia ubi ascensus, ibi lapsus. *In Insic.* ait Ctesias, n. ult. *Unus,*

quisque eorum usque ad trigésimum aetatis annum albos habent pilos: inde nigrescere incipiunt, adeo ut cum sexagesimum attigerint, nulli illis pili, nisi nigri, conspiciantur. Infelicitas planè, morum in vocatione candorem mutari decursu temporis in teterrimam nigredinem. *Nigra Sponxa, sed morum mutatione formosa* ac pulchra: turpiter ergo perfectionis ludibrium (qua animæ deformes super nivem dealbantur) mutari pulchritudinem, in nigram deformationem. *Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis præ nigredine, qui erant candidiores nives;* igitur per cupiditatum forum à pectore incendium, *facies combusta vultus eorum.* Sol intelligentie oritur, sed lapsus nequam illuminatur. Signum nigredinis est, si decoloravit Sol. De præfatis refert Herodotus lib. 3. n. 35. *Est illis hominibus Sol ardentissimus matutinus, deinceps magis ac magis frigesens, dum ad occasum pervenit; quo tempore precipue friget.* Miserum, quòd in occasu vite, quòd debet fringere iniquitas; refrigerat cordis charitas; sed miserum (ex præcipitio lapsus, dum est in occasu cursus) quòd tepescant igne, ac tremant frigore Sole, quando in principio ardentissimus accensus est ignis magnus, quòd inflammantur, ita ut omnes mirarentur. Ergo revertere filia vaga: *Revertere ab inepta lætitia* (inquit Bernard. inter Parvos, term. 10.) *revertere ab inutili tristitia: revertere ab inani gloria, revertere à latente superbia.* Iam speciosa quæ nigra. Iam illuminavit Sol. Revertere, revertere Sulamitis, ut intueamur te. Revertere ut te videamus portentum, post lamentabilem lapsum: igitur excedit communem gratiam, lapsam semel, iterum revocari ad penitentiam.

Ctes. In sententia peior.

Cant. 1. 52

Thren. 4. 2 7.

Isai. 3. 8.

Herodot.

Frigent igne, qui frigore calcassit.

Bernard.

Singularè portentum, reverti Monachum lapsum.

Ubi sap. à v. 31.

In amissam perfectionem revertere, modò cælum aspiciatur.

cia vertiginis, quæ in impellit ex alto in inferiora aspicientes; ut amittentes deceptione sensum, fortius ex ruina allidantur: ex ruinaque tanta, qui lapsus vertigine inclinationis Nabuchus surgit; quippe pro pharmaco allisus, oculos ad cælum studiosè levavit. Quis in fastigio virtutis ex sæculi contemptu fiat; inferiora a quæis assumptus, non aspiciat, sed despiciat, quia aspectus fascinat: igitur si aspectu in cælum sensus præcipiti redditur; ex inclinatione in terram profectò amittitur: ex quo mentis alienatio, quoniam homo sine sensu: minimeque gloriosus, dum apparet infensus. Fatuus itaque qui respicit, quæ reliquit, sed magis fatuus, qui in altitudine ascendere resistit, ex qua cecidit; ut iterum adipiscatur throni & regni maiestatem, maiestatisque decorem. Oculos ad cælum levando, facta Nabucho dignitatis restituit; ut dicat monachus relinquere ab affectu proculcata, ac deserere sine ullo aspectu relicta: quandoquidem ni despexerit, quem apexit infra mundum, nequit respicere cælum: oditque Dominus hæzere terrenis fosciculum cordis.

13 Dicit Spona quæ facta speciosa ex nigra. *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, ut pescetur in hortis, & lilia colligat. Ut lilia succidat: subdit Ghisler. hic n. 9. Idek, ut ampetet. fecet, ac in fasciculum formet, candida lilia carpit. Verùm cur duntaxat lilia?*

Ovid. 4. *Tot fuerant illic, quot habet natura colores, Præque dissimili flore nitebat bumus. Plurima læta rosa est: sunt & sine nomine flores.*

Si viola niter, si rosa floret, cur Sponus solummodò lilia carpit? In maiorem commendationem candoris, atque perfectionem sanctitatis. Nihil inuilius cordi, quam radix lilij, uti observat Bernard. in *Vite mystic. cap. 19. n. 75.* in Ecclesie areola Sponus perferat lilia, quorum celsitas inter flores illustrior, cæloque spectabilis candor, ut homines, florentes quasi lilium, discant, quomodo Sponso maximoperè placeant: etenim illi displicet, versus cælum cor ostendere candorem, & terræ mordicus adherere radicem. Vernaculè: *No agrada la candidèz, teniendo en la tierra arraigado el corazón.* E respicite avellenda, ut florentia, & rutilantia plus ac plus emineant lilia. Germinabunt in terra, ut mirabilis sit ex tellure talis forma & formæ gratia. Germinabunt in horto, sed nequaquam lilij flores florebunt nisi in fasciculo: etenim si signant corda purissima hominum, germinantia versus

Corda Monachorum separata a terra Deo grata: si contra, si contra.

cælum; tunc Sponso, quia facta, lilia gratiora, quoniam separata à terra.

14 Per flores signari iustos & eorum virtutes, quæis rutilat vestis Ecclesie ex florida vernante varietate coloris; dicit Bernard. quo dudum & fusè Lauretus in *Alleg. ac Berchor. Dictionar. verb. Flores.* In virtutum imitationem ut provocent animos, & inardescat pectus; dicit Siracides: *Florete flores: & quasi non fuisset floridum spectaculum; addit in ampliorem splendorem, Quasi lilium: in elegantiore formam; Frondete in gratiam:* igitur in floribus germen Sponso minime gratum; ni florescant quasi lilium. Verùm modum lilij florentis, cur virtutum æmulatur flores? Ut habeant gratiam pulchriorem, luminum amenitatem: siquidem si corda obumbrantur in lilio (extra cespitem nativum plus specioso) illud æmulantibus floribus, erit cordium maior virtus: floret enim maior ex virtutibus gratia, si corda florida separantur à terra. Delectant magis Sponsi flores colligentis aspectum, si cordium charismata

Vernantia lilia surgunt.

Siquidem ni à tellure ut rutilent segregentur; flores virtutum non florent, sed deflorantur. Intelligitur modo, quare N. institutor, Christi delictum & amor, *Regul. Sancti. cap. 4. Instrum. 20.* informet Monachum, dicens: *a sæculi actibus se facere alienum.* Alienum, quippe ex hoc mundo, non esse debet se facere: te facit Monachus alienum à sæculo, dum in illo natus, removetur à mundo. Flos quæ esse, verùm dissimilis lilio; sine flore, sine speciositate, sine gratia, nec Monachi forma: iubeturque Monachus se facere alienum à læculo facere, ut possit virtutibus singulariter fulgere; igitur excellentius eminet Monachi virtus; ubi separatus fuerit à tellure, de qua natus. Ita exultat solitudo in portentum, & Monachus floret, ac refloret quasi lilium: alias ni à terra avorterit lumina, fascinatio nugacitatis mundi obscurat bonam dicereque invalida virtus,

Nos quoque stornimus, sed fuit flos ille caducus.

Qui mundo credunt, confidunt in nihilo, quem Monachi despiciere debent despectu, ne visus noceat, & appetitus illudat. *Sprevisent contentemere:* dicit Ezechiel. Non est Tautologia, sed cautio renunciationis mundi in status eminentia: equidem in mundi despectu ex animo non despectus; si post despectum respicit mundus. Nugax est, fallax est: sufficit in cognitionem falsitatis tot eiusdem permutabiles species. Canit

Boëtius, *lib. 2. Metr. 3. à v. 13.*

Ecclesi. 39

Cur illorum virtutis lilio similit

Stroz. p.

S. Bened.

Locus habitationis ab affectu peccati.

Isai. 3. v. 1.

Ovid. 3. Amer. 2.

Ezech. 20. 27.

Ra.

Rava, si constat sua forma mundo, Qui tantas variat vices. Crede fortunis hominum caducis, Boni crede fugacibus. Constat? Aeterna positumque lege est, Ut constat genitum nihil.

Boët.

DIDASCALIA IV.

Sensus Bernardi superiores sensus.

Daniel. Heinf. Elegia Bernardi

Achill. Bocch.

Thren. 1. 13.

Mantuan.

Pyramis Ecclesie.

Occurrit volè mihi, quod iam pridem volebam ex corde in expositionem virtutum ac charismatum Bernardi, quem meritò Daniel Heinsius *Orat. 3. extollit rivum paradisi, ambrosiam antimarum, pabulam Angelicum, medullam pietatis.* Nonnunquam mellis & igneus, lavis, speciosus & lacteus, prodigium orbis, totus mirabilis, non solum auctor didactus, sed theodidactus & inter fagos & quercus. Vide *num. 17.*

Si Deus omnipotens vera est sapientia, verus

Huius amator erit, qui Dei amator erit. Accinit Achill. Bocch. *Symbol. 35.* Si Deus sapientia, & Deus charitas summas qui multum diligit: plus cognovit. Amor mentis splendide lux: *De excessu misit ignem in ossibus meis & erudit me.* Lux in tenebris lucet, & per mirabiles radios cognoscitur unde venit. Canit Mantuan. *8. Fastor.*

Ducens mortalia corda De tenebris ad lumen, uti solet ignea lampas, Longinquæ de turre micans, adducere noctu

Turbine iactatos secuta ad littora nautas.

2 *Pyramis Ecclesie* plauditor à Petro Venerabili, *lib. 6. Epist. 29.* An quia tendit in cælum? An quia uti flamma semper fursum? An quia umbræ nescia, ubi super illam Solis flamma? An quia immota manet? An quia inflexibilis rectitudine prominet? Ad Cæl. Gregor. *lib. 2. Hieroglyph. à cap. 20. Octav. Strad. Tom. 1. Symbol. 4. Summ. Pontif. Petra, Sancti. lib. 9. cap. 2. & fusè Piciacell. Mund. Symbol. lib. 16. cap. 16.* Alia proposito nostro ministrat præfatus Achilles, *Symbol. 48.* picta pyramide, quinque gradus pro basi habente, in quolibetque unum ex corporis sensibus, quasi comprimeret in cælum erecta virtus, cum hocine lenate:

Nescia fortuna virtus cessisse, subactis Sensibus, excessu vœtice summa petit.

Achil. Bocch.

Quid subiectio sensuum in virtutis fastigium? Dedicate Deo in unoquoque talentum; ut sensus officium faciant, & animæ non officiant: etenim si illi talenta, ac sine abusu pretiosa; ubi fuerint à pyramide subiecti, fulgent gloriose alia quinque. Hinc Bernardi clucet perfectio ex usu sensuum sine sensuum usu: igitur tot mira, stupenda perfectio; quia quinque talenta Nami ob perfectionem dicavit. Percurramus singula, & quomodo in quinque alia sunt vita talenta.

Sensus eius quare pretiosa talenta?

3 In manu signatur potestas (utque: quaque in Scriptura & PP. testimonia. *Genes. 9. 20. Exod. 4. 17. & Ioann. 13. 3. August. de Tempor. ferm. 197.*) & Bernardus quia noluit, singularem potestatem habuit. Manum suam misit ad fortia, qui ad nulla exteudit dignitatum munia, arbitrans vulturiam draconis sub virga aurea dignitatis: at quid inde? Portentum singulare. Cùm in Aquitaniam Bernardus cogeretur à Claravalle progredi, ut schisma comperceret, odorans diabolus factionis suæ fore perniciem, Abbatis perfectionem; in via solitaria clavum è iugo curus extraxit, quo brevi cursus equorum impulsu rotam exultanter fregit. Cùm properato opus esset, agrè frauduram Bernardus tulit; quousque auctorem obicis cognovit, cui præcepit illico curru pro rota substitui, ut fructum eius adventus minime impedirent meditatæ morule. Sufficit diabolus portans onus, ambulans in circuitu tanquam impius, calcatus à Bernardo, triumphum præsignante trophæo: igitur nihil aliud quibat ferre incundius, quam catenis potestatis mirè tractum, in hominum spectaculum, atque barathri ludibrium, Retorqueatur Senec. in *Hercul. Octavo. v. 1009. Membra quis præbet rotæ Bernardus.*

Substituit diabolus in trophæo pro rota.

Totus in vultus meos decurrit Orbis. Hinc & hinc populi presunt.

Totusque possit vindicem mundum suum. Quò fugam præcepte agam?

Adi Iacob. Merlon. Guillielm. Abbatem, Philotheum Monach. Nicol. Hacquevill. & Surium, in *Vit. Bernard.* Frequens erat portari in triumpho belluam singularem, civibus incognitam, post provinciam devictam. Unde Philipp. Brier. *ann. V. C. 498.* subdit:

Brier.

Instituta magnitudinis serpens interemptus. Erat is pedum centum viginti; tam duris squammis, ut resisteret telis. Huius pelvis Roma suspensa è templi tholo diu percuravit, ut inventum esse illiusmodi in Africa.

Bellua singularis in triumphis.